

# Bolletí de la Societat Arqueològica Luliana

PALMA.—FEBRER DE 1910

## SUMARI

I. Antichs Privilegis y Franqueses del Regne. Regnat de Jaume III. (Majoria d' edat), per D. Pere A. Sanxo.

II. Una fecha luliana, per D. Juan Avinyó, Pbro.

III. Historia de la falsa Bula á nombre de Gregorio XI contra las doctrinas lulianas (continuación), por el P. Faustino D. Gazulla, Mercedario.

IV. Las cien proposiciones atribuidas por Eymerich al Beato Lull (continuación), por el Rdo. Sr. D. Francisco Villaronga y Ferrer.

V. Primera época constitucional en Mallorca—Documentos, por D. J. Ramis de Ayreslor y Sureda.

VI. Anales de Mallorca, por D. José Desbrull—1800 á 1833 (continuación), por D. Jaime L. Garau.

VII. Nota bibliográfica, por S.

VIII. Publicacions rebudes.

## ANTICHS

### PRIVILEGIS Y FRANQUESES DEL REGNE

REGNAT DE JAUME III

(MAJORÍA D' EDAT)

## ADDENDA

iiij kalendas Martii M CCC xxxij (N. 1333)

*Confirmatio cujusdam franquesie regis Sancii per quam concessit militibus Majoricarum, Minorice et Evisse:*

*I Quod de causis ipsorum cognoscat tantummodo locumtenens in regno Majoricarum vel deputatus ab eo cum suo assessore, non vocatis proceribus nisi de dictis militibus, vel litigent inter se, vel conveniantur a curia, vel aliqua questio moveatur contra eos, sive civiliter sive criminaliter.*

**Q**uod est translatum fideliter sumptum a quodam proemio cuiusdam translati publici et authentici facti et clausi per discretum Jacobum Martelli, notarium publicum Majoricarum, de quodam instrumento diuersorum priuilegiorum per illustrem dominum Sancium, recolende memorie, regem Maio-

ricarum, honorabilibus militibus et generosis personis regni Maioricarum et insularum Minorice et Evisse ac aliarum insularum adiacentium concessorum sub quinto idus septembris anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup> quinto decimo, facto et clauso auctoritate discreti Laurentii Plasensa, scriptoris serenissimi domini Sancii regis Maioricarum antedicti; necnon a quadam carta seu concessione regia contenta et inserta in quodam instrumento publico de aliquibus requisitionibus et protestationibus factis et intimatis honorabili et prudenti viro domino Rogerio de Rouenacho, militi, camerlengo illustrissimi domini nostri regis ac eius locumtenenti tunc in regno Maioricarum, ad instantiam venerabilium Guillermi Trauerii et Nicholai de Marino, domicellorum, procuratorum honorabilium militum et generosarum personarum priuilegiatarum dicti regni Maioricarum, et clauso auctoritate discreti Petri Masoni notarii publici Maioricarum, quondam, sub die

lune intitulata sexto kalendas iunii anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> quadragesimo secundo, quorumquidem, scilicet proemii dicti translati, tenor sequitur sub hiis uerbis: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento sigillo pendenti sigillato illustrissimi domini Sancii Dei gratia regis Maioricarum in veta regali de sirico, in vna parte cuius sigilli est sculpta imago dicti domini regis sedentis in cathedra regali, portantis in capite diademam, et tenentis in manu dextera virgam imperialem et in manu sinistra pomum super quo est quedam crux; in circuitu eius sunt hec littere sculpte: Sancius Dei gratia rex Maioricarum: et in alia parte est sculpta imago regia armata equitans super equum armatum, portans in capite diademam et tenens in manu dextera ensem euaginatam; in circuitu eius sunt sculpte littere sequentes: comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani: cuius instrumenti tenor talis est: Tenor vero predictae et infra-scriptae cartae seu concessionis regie talis est: Nouerint vniuersi quod a nobis Jacobo Dei gratia rege Maioricarum, comite Rossilionis et Ceritanie ac domino Montispessulani, fuit pro parte militum et generosarum personarum regni Maioricarum et insularum eidem adiacentium humili supplicatione petitum, ut quedam priuilegia per illustrem principem dominum Sancium, clare memorie, regem Maioricarum, patrum nostrum, concessa laudare et confirmare dignaremur, exhibentes nobis super hoc cartam prefati domini regis Sancii et sigillo suo munitam, cuius tenor sequitur in hunc modum: Nouerint vniuersi quod nos Sancius Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, inspecto quod decet milites et generosas personas gaudere prerogatiua honoris et priuilegiis et immunitatibus, volentes fideles et dilectos nostros milites et generosas personas regni Maioricarum et insularum Minorice et Euisse et aliarum insularum eidem regno adiacentium gratiis et priuilegiis premunire, ad eorum supplicem supplicationem, nostra liberalitate, de speciali gratia quam dictis militibus et personis generosis, presentibus et futuris, in regno Maioricarum et insulis eidem adiacentibus facere volumus in hac parte, exaudiendo supplicationem eorum, cum afficiamur ad eos prerogatiua amoris et dilectionis, per nos et nostros volumus et concedimus ac statuimus, quod quando milites et militares persone litigabunt inter se, vel curia

nostra eos conueniet, aut contra eos uel eorum aliquem mouebit aliquam questionem, siue ciuilitate siue criminaliter, quod locumtenens noster in regno Maioricarum uel deputatus ab eo cum suo assessore cognoscat et iudicet de predictis, solus et nullus alius, non uocatis aliquibus proceribus nisi de ipsis militibus qui sint neutri parti suspecti, quos noster locumtenens uel deputatus ab eo conuocet <sup>(1)</sup> et consulat super diffinitionibus <sup>(2)</sup> seu determinationibus litium aut questionum predictarum. Et si concordauerint cum ipso locumtenente aut deputato ab eo, sententietur cum eorum consilio; sed si non concordauerint, conuocet alios milites seu militares personas prout ceteri iudices in Maioricis uocare tenentur probos homines ad consilium super ferendis sententiis inter non militares personas: et si concordauerint, ferat sententiam cum eorum consilio; alias locum nostrum tenens aut deputatus ab eo ferat sententiam ut fuerit iustum et equum.

II *Quod quando in regno Majoricarum et insulis eidem adiacentibus aliquod statutum fiet, notificetur per locumtenentem aliquibus ex personis militaribus, ne eorumdem priuilegiis prejudicium fiat.*—Sane cum in regno Maioricarum et insulis eidem adiacentibus nullus possit facere aliqua statuta uel aliquas ordinationes sine consensu, auctoritate et confirmatione nostra uel nostri locumtenentis, volumus et concedimus dictis militibus et personis militaribus, quod quando aliquod statutum uel ordinatio fiet in dicto regno aut insulis eidem adiacentibus, uocentur per dictum locum nostrum tenentem aliqui de predictis militibus quibus notificentur statuta et ordinationes faciende, et prospiciatur diligenter militibus et personis militaribus quod in uel pro predictis statutis et ordinationibus nullum prejudicium fiat.

III *Quod de licentia regia milites habeant emere ultra pretium quingentorum morabatinorum et fiat gratia sicut regi placebit in emptionibus per eos faciendis.*—Porro cum milites ipsi a nobis postulauerint instantissime, ut emere possint li-

(1) S' ha presa la paraula *conuocet* de la transcripció d' aquest Privilegi d' En Sanxo que se troba en el Llibre de Jurisdiccions e Stils fol CIV. El codex de la Confraria de Sant Jordi, de hont copiam el document, diu, per error manifest, *cognocet*.

(2) Aquí hi ha un' altra equivocació en el text que en darrer lloch s' ha citat en la precedent nota, puys posa *deffentionibus* per *diffinitionibus*, que es lo que se llegeix en el Llibre de Jurisdiccions e Stils.

cite (1), sicut alie persone, in dicto regno predia, redditus et iura vltra pretium quingentorum morabatorum, quibus iam est eis licitum emere, nos de speciali gratia volumus et retinemus nobis, quod de nostra licentia milites et militares persone habeant emere vltra pretium quingentorum morabatorum, et quantum (2) et prout nobis videbitur et placebit faueimus ipsis militibus et militaribus personis et gratiam faciemus in emptionibus faciendis per eos.

IV *Quod generosi possint litigare de octo in octo diebus.*—Item indulgemus (3) et concedimus predictis militibus et personis militaribus, de gratia et priuilegio speciali, quod quando litigabunt inter se uel cum (4) curia, quod litigent de octo in octo diebus. Per hec autem que in fauorem et gratiam militum et militarium personarum introducimus nolumus nec intendimus prerogatiuis, gratiis et priuilegiis aliis dictorum militum et militarium personarum iam concessis et quibus vtuntur et consueuerunt vti in aliquo derogari. In cuius rei testimonium et fidem presenti carte nostrum iussimus appendi sigillum. Quod est actum in ciuitate Maioricarum quinto idus septembris anno Domini M° CCC° quinto decimo. Testes huius rei sunt: nobilis Petrus de Fonoleto Dei gratia vicecomes Insule; Arnaldus de Codaletto, thesaurarius; Petrus de Pulcro Castro, miles, maior-domus; Arnaldus Traueri, iudex; et Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri regis. Ego Laurentius Plasensa, scriptor prefati domini nostri regis, ipsius mandato hanc cartam scribi feci et clausi meo publico sig<sup>no</sup>. Nos igitur dictis militibus et generosis personis in hac parte fauores nostros impertiri volentes, petitionem (5) eorum predictam benigne decreuimus admittendam. Propterea per nos et nostros omnia et singula contenta in carta dicti domini regis Sancii supra inserta approbamus et ex certa scientia confirmamus, uolentes et etiam statuantes, quod dicti milites et generose persone dicti regni et insularum adiacentium ei ex nunc gaudeant et vtantur omnibus eis per dictum dominum regem Sancium con-

cessis et in dicta eius carta supra inserta plene contentis. Mandantes locumtenentibus, vicariis, baiulis, procuratoribus et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quatenus approbationem et confirmationem nostras presentes et cetera in carta dicti domini regis Sancii contenta et supra inserta firma habeant et obseruent et faciant obseruari. Dat. in ciuitate Maioricarum sub sigillo nostro pendenti tertio kalendas martii anno Domini millesimo CCC° tricesimo secundo.

Sig<sup>no</sup> mei Petri Mathei, regia auctoritate notarii publici Maioricarum per totamque aliam terram et dominationem serenissimi domini Aragonum regis, huius exempli testis.

Sig<sup>no</sup> mei Petri Terrassa iunioris, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem serenissimi domini Aragonum regis, huius exempli testis.

Sig<sup>no</sup> mei Jacobi Sala, notarii publici Maioricarum, qui hoc presens translatum a predictis proemio et carta seu concessione regia non vitiatis nec cancellatis aut in aliqua eorum parte suspectis in hanc publicam formam redegei, scripsi et clausi videlicet die martis xxx. mensis martii anno a natiuitate Domini M° CCCC sexto.

Confraria de Sant Jordi fol XV v.º

PERE A. SANXO.

## UNA FECHA LULIANA

Como una verdad inconcusa y axiomática se ha tenido hasta el día de hoy, que el Beato Ramón Lull fué apedreado en la ciudad de Bugía (África) el 29 de junio de 1315 y que murió al día siguiente en alta mar y en la nave de los genoveses Esteban Colón y Luis de Pastorga, quienes habían recogido piadosos su cuerpo ensangrentado.

Ésta es la fecha que todos los historiadores y biógrafos del Doctor Iluminado han fijado con rara unanimidad y sin discrepancia alguna, de la muerte del gran polígrafo mallorquín.

Mas, recientemente y bajo el título «Documents per l'història de la cultura catalana mig-èval», ha publicado el sabio y erudito maestro Dr. Rubió y Lluch un extenso diplomático, en cuya introducción dice hablando del Beato Ramón Lull:

(1) Aquest adverbí figura en Jurisdiccions e Stils. Manca en Confraria de Sant Jordi.

(2) *Et quantum* se troba en id. y falta en id.

(3) Jurisdiccions e Stils *jubemus*.

(4) *Cum* se llegeix en id. No hi ha tal paraula en Confraria de Sant Jordi.

(5) Original, equivocadament, *portionem*.

«... sobre la biografía del qual donen llium inesperada'ls documents recenment trobats en el nostre Arxiu, retrassant la data de la seva mort y demostrant palesament la seva ignorancia en el maneig de la llengua llatina, contra'l parer obstinat d'algun fervent panegirista modern de la filosofía luliana».

Los documentos aquí aludidos, son los que inserta en el corpus de su obra y van señalados con los números LVIII y LIX; los dos expedidos en Barcelona por el rey Jaime II, con fecha de 5 de agosto de 1315 el uno y de 29 de octubre del mismo año el otro.

En el primero dice el Rey al Guardián de los Frailes menores de Lérida, que sabe, por una carta de Ramón Lull, que disputando éste con los mahometanos, ha escrito algunos libros, entre ellos una *Ars Consilii*, que desea sean traducidos del vulgar al latín; por lo tanto le suplica, á instancia del dicho Ramón, que deje ir á Túnez á su discípulo fray Simón de Puigcerdá á ayudarle en su obra.

En el segundo, el mismo Rey pide á Romeu Ortiç, Ministro de los Frailes menores en la provincia de Aragón, que permita á fray Simón de Puigcerdá, residente en Cervera, vaya á Túnez desde donde Ramón Lull le ha pedido que dicho Simón, que fué su discípulo, venga á ayudarle pues no tiene quien la traduzca del vulgar al latín quince libros que ha compuesto sobre sus disputas con los sarracenos.

De los documentos antedichos, como se acaba de ver, nadie sacará en consecuencia que el Beato Ramón Lull no supiera la lengua latina, ya que de ellos sólo se desprende que el Beato estaba agobiado de trabajo y buscaba quien tradujera al latín lo que él componía en catalán, que al fin y al cabo es lo que dicen *únicamente* los mentados documentos.

Y no insistimos en este punto por haber sido ya tratado abundantemente por autoridades reconocidas, demostrando con toda evidencia, que el Doctor Arcangélico de tal modo manejaba el latín, que muchas de sus obras en esta lengua las escribió, según propia confesión.

Fijémonos ahora en las fechas de los

tales documentos, expedidos el uno en el mes de agosto y el otro en el mes de octubre del año 1315; datas son éstas en las que nuestro Beato era ya muerto según la general creencia y unánime parecer, y no obstante en ellos se nos dice que vive, que está disputando con los mahometanos de Túnez. ¿Hemos, pues, de retrasar la fecha de su muerte, como afirma el doctor Rubió y Lluch? La constante tradición de más de quinientos años ¿resulta ahora una equivocación? Examinémoslo, porque no estamos seguros de que aquellos documentos prueben *definitivamente* el retraso de la fecha en que murió nuestro Beato.

Las pruebas que tenemos para asegurar que el Doctor Arcangélico murió en el mes de junio de 1315, y en las que todos los biógrafos se apoyan, son: a) Un resumen que un religioso de San Francisco de Asís sacó de un instrumento antiguo, que fué el que se hizo cuando, quemándose la sacristía de San Francisco, sólo quedó ilesa el arca y cuerpo del Beato Ramón encerrado en ella, y lo escribió en un libro de la misma sacristía; y dice así el resumen: «Traslado, que se ha hallado en parte imperfecto ó falto por su mucha antigüedad, tanto por causa de las polillas como aun por estar las letras muy despintadas, como se sigue: Admirable cosa del iluminado maestro Raymundo Lull. Al fin del año 1314 transfretó á Bugía, y en el año 1315 fué dicho maestro apedreado en Bugía y embarcado en una nave de genoveses, que lo habían pedido; y cuando fueron en los mares de Cabrera dió su alma á Dios, día de los gloriosos Apóstoles Pedro y Pablo, á 29 de junio... etc.»

b) Lo mismo afirma expresamente el arzobispo de Tarragona en su Información dada al año 1373, la cual puede leerse en las «Vindicias Lulianas» del P. Pascual, t. I.

c) Cuando después de quemada la sacristía de San Francisco, se puso el cuerpo del Beato metido en una urna de piedra, dentro de la misma iglesia, á la pared de ella y debajo del púlpito, se esculpió este epitafio, según que se halló escrito en una nota antiquísima que tuvo presente el autor de las Disertaciones his-

tóricas del B. Raymundo Lullio, Dis. I, cap. 3.º, la cual nota, traducida, dice así: «Título de las sepulturas del maestro Raymundo Lullio debajo del púlpito de la iglesia de los frailes menores de la ciudad de Mallorca, puesto en la tumba del mismo Raymundi Lulli, cujus pia dogmata nulli Sunt odiosa viro; jacet hic in marmore miro: Hic Me CCcC cum P. capit sint sensibus esse.

Este título demuestra que el reverendo maestro Raymundo Lullio murió en el año 1315, lo que significa, porque en la palabra Me CCcC la M denota *mil* y por las tres letras CCC de la misma palabra se designan *trescientos años*, y los *quin-ce* se significan por la letra P, que es la décima quinta en el alfabeto.»

La misma explicación da D. Vicente Mut en su historia de Mallorca.

d) Por último, y más claramente, lo demuestra otro documento que consta en el proceso de 1612, sacado de un libro del archivo de la ciudad de Palma, que traducido al castellano, dice: «Memoria. El sábado que se contaba 29 de junio 1448, el cual día era la fiesta de San Pedro y San Pablo, fué acabada la capilla nueva en el monasterio de frailes menores de Mallorca, y en dicha capilla fué puesto el cuerpo del Rdo. maestro Ramón Lull con grande honor, estando presentes el magnífico doctor en Derechos Rodrigo Falcó, lugarteniente general del Sr. Rey en Mallorca, y los honorables jurados del presente reyno, con gran muchedumbre de gente, que con gran devoción miraban el cuerpo del dicho maestro Raymundo Lull, el cual fué hallado entero en la tumba donde estaba: de lo que todos quedaron muy admirados, atento que hacen 133 años que pasó de esta vida». Este documento lo especifica determinadamente, porque de 1448 quitando 133 restan los 1315 por año en que murió el Beato Lull. Y atestiguando lo mismo tantos y tan distinguidos autores, parece que de esta verdad debemos tener una moral evidencia. ¿La destruirá acaso ahora el hallazgo de estos dos nuevos documentos que nos descubre el doctor Rubió y Lluch?

Ya hemos dicho y repetimos que, según nuestro parecer, no prueban de una

manera *definitiva* lo contrario de lo que hemos creído hasta hoy á pie juntillas y como verdad inconcusa.

Fijémonos tan sólo en el modo como se calendaron los años durante la Edad Media; cada país, cada nación contaba los años partiendo de una base diferente, y aun dentro unos mismos límites había disparidad en las fechas: quien seguía las cuentas empleadas por los notarios eclesiásticos; quien empleaba indistintamente el nombre del año del Señor sin cuidarse de si era del Nacimiento ó de la Encarnación; en Castilla se contaba por los años de la Egira; en Cataluña, después de pasar por varios sistemas, se contó por años de la Encarnación, precediendo nueve meses al de la Natividad, de lo cual un depósito inmenso de testimonios acreditan este uso en nuestro Archivo Real, y ésta parece ser la práctica constante en las curias reales y baronales de nuestra tierra, mientras que los pueblos é historiadores usaban la cuenta de la Natividad. Pues lo más seguro es que la fecha de la muerte del Beato Ramón Lull, recogida piadosamente por el pueblo y por los historiadores, es la que se conforma con los años de la Natividad, mientras que las fechas de los dos documentos citados, instrumentos procedentes de la Curia real siguen la calendación de la Encarnación del 25 de marzo siguiente, precedidos nueve meses al año de la Natividad; y en este caso no hay dificultad, puesto que los meses de agosto y octubre del año 1315, fechas en que se expidieron los citados documentos, corresponden al año 1314 de la Natividad, según la cuenta del pueblo; quedando así en pie que el Beato murió en junio del año 1315, tal como nos ha transmitido la tradición.

Mientras, pues, no se nos deshaga este nudo gordiano de la calendación de los años, nosotros creemos que los instrumentos aducidos por el Dr. Rubió y Lluch, como procedentes de la Curia real, llevan la fecha por años de la Encarnación, lo cual no contradice los documentos en que hasta ahora se han apoyado todos los biógrafos del Beato Ramón Lull, para fijar la fecha de su muerte.

JUAN AVINYÓ, Pbro.

## HISTORIA DE LA FALSA BULA

Á NOMBRE DEL PAPA GREGORIO XI  
inventada por el dominico Fray Nicolás Aymerich  
contra las Doctrinas Lulianas

(CONTINUACIÓN)

## APÉNDICE

## V

1376. — Bula por muchas razones sospechosa, publicada por Nicolás Aymerich con la misma data que la anterior, condenando los libros de Raimundo Lull

Gregorius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Tarracone eiusque suffraganeis Salutem et apostolicam benedictionem. Conservationi puritatis catholice fidei quam multi nequam filii scelerati suis falsis assertionibus maculare nitentes inter triticum purum agri dominici pestiferum semen zizanie seminant cum ad nostrum precipue spectet officium ut evellamus prava et destruamus perversa provideri salubriter et animarum illaqueationibus obviare confestim plenis desideriis affectantes opportuna in his que possumus remedia studio pastoralis sollicitudinis adhibemus. dudum siquidem dilectus filius Nicholas eymerici ordinis fratrum predicatorum professor in sacra theologia magister in regnis aragonie valencie et maioricarum inquisitor heretice pravitatis nobis exposuit se in regnis eisdem invenisse viginti volumina diversorum librorum in vulgari scriptorum a quodam raymundo lull cive maioricarum editorum in quibus ut ipsi inquisitori videbatur multi continebantur errores et hereses manifeste et quod nonnulli de predictis et aliis regnis libris utebant eisdem et eorum doctrine dabant fidem non modicam in grande suarum periculum animarum supplicavitque nobis inquisitor ipse ut ne simplices deciperentur ex libris ipsis dignaremur in hac parte de oportuno remedio providere: nos autem cupientes animarum iam forsitan imbutarum et que imbuti possent ex perverso dogmate dictorum librorum periculis celeriter obviare dictos libros per venerabilem fratrem nostrum petrum episcopum hostiensem et per quamplures eciam ultra vigenium numerum in eadem theologia magistros examinari fecimus diligenter per quorum relationem tandem habuimus quod ipsi dictos libros omnes

cum multa diligentia legerant et examinaverant et quod ultra ducentos articulos erroneos et hereticos invenerant in eisdem super quibus inter eosdem episcopum et magistros sepius et demum coram nobis habita disputatione solemniter ipsos articulos quis ad vitandum prolixitatis tedium et horribilitatem eorum haberi volumus presentibus pro expressis erroneos et manifeste hereticos de ipsorum episcopi et magistrorum concordanti consilio censuimus reputandos. Cum autem sicut inquisitoris prefati continebat assertio in predictis regnis alii libri qui asseruntur editi a iam dicto raymundo reperiri dicantur in quibus huiusmodi iam reperti et alii errores et hereses creduntur probabiliter contineri. Nos volentes de huiusmodi aliis libris et eorum doctrina informari plenarie et super eis providere salubriter ut fideles in errores huiusmodi damnabiliter prolabantur fraternitati vestre de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus diebus dominicis et festivis in singulis ecclesiis vestris cathedralibus ac curatis necnon religiosorum quorumcumque ordinum exemptorum et non exemptorum etiam cisterciens. carthus. cluniacens. premostracen. grandimocen. sanctorum benedicti et Augustini ac fratrum predicatorum minorum et heremitarum eiusdem sancti augustini et carmelitarum et aliarum ordinum vestrarum civitatum et dioec. intra missarum solemnias existentibus populis ad divina et in predicationibus per vos vel alios quamcito commode poteritis faciatis proponi quod omnes et singule persone utriusque sexus cuiuscumque status ordinis vel conditionis existant earundem vestrarum civitatum et dioec. cur commemorantes in eis habentes libros quoscumque prefato raymundo editos ut prefertur ipsos infra unius mensis spatio vobis assignare et illi qui sciunt alias personas libros eosdem habentes eas vobis revelare ac nominare procurent vosque libros recipi faciatis eosdem quos cum habueritis quam cito commode poteritis curetis nobis fideliter destinare ut ipsos simili examini subijcere valeamus. Ceterum cum doctrina seu potius dogmatizatio predictorum librorum examinatum reperitur erronea hereticalis et periculosa nimium animabus et vehemens suspitio est habenda quod in aliis libris editis a dicto raymundo similes vel alii ut prefertur contineantur errores vobis mandamus quod omnibus et singulis eisdem personis vestrarum civitatum

et diocesum doctrinam seu potius dogmatisationem et usum huiusmodi librorum interdicere studeatis donec super hiis per sedem apostolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: non obstantibus si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum quod interdicti suspendi vel excommunicare ultra certa loca ad indicium vocari non possunt per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibuslibet exemptionibus et aliis privilegiis et litteris apostolicis quibuscumque locis personis vel ordinibus sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis de quibus quorumcumque totis tenoribus et de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda: et per que presentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri insuper volumus quod per te frater archiepiscopus tenor presentium sub tuo vel officialibus tui sigillo ad tuos fratres suffraganeos transmittantur cui per vos adhiberi volumus velut ipsis originalibus plenam fidem. Datum avinione VIII kalendas Februarii pontificatus nostri anno VI.—*Directorium inquisitorum*; fol 122; Barcelona, 1503.

## VI

1377.—El rey D. Pedro escribe al Papa, pidiendo que los libros de Raimundo fueran examinados en Barcelona

Sanctissime Pater. Intelleximus relatu quorundam quod S. V. ad instigationem fratris Nicholai eymerici Inquisitoris pravitatis heretici misit ad has partes Barchinone Valencie et Maioricarum quoddam rescriptum continens quod quicumque teneat de libris per Raymundum lull quondam Civitatis Maioricarum factis intra certum tempus in ipso rescripto contentum illos teneatur sub excommunicationis pena ponere in posse Vicariorum Episcoporum ipsarum Civitatum. Nam fertur quod dictus inquisitor opus dicti Raymundi examinari fecit quod in eo aliquid invenerit que contra catholicam fidem existunt. Cumque sanctissime pater consanguinei ipsius Raymundi qui sunt in hac civitate a qua suum genus traxit originem cupiant valde quod ipsum opus in eadem examinetur Civitate quod rationabile nobis valde videtur et iustum primo quia opus predictum est in idioma Catalano ob quod absque du-

bio melius intelligetur per Cathalanos quam per homines alterius nacionis Secundo cur in Cathalonia sunt plures clerici et eciam religiosi qui in dicto opere libenter estudent cum plurima in eo adiscant utilia valde quique super ipsam examinacionem poterunt multa discere per que veritas demonstratur. Tercio quia scientia dicti Raymundi habet principia valde dissimilia aliis scienciis unde per ignorantes eam quamvis aliarum scienciarum scientificos potest de facili non intelligi quarto cur magnum est interesse consanguineorum predicti Raymundi an dictum eius opus comprobetur vel reprobetur. Unde rationabile valde existit quod super hoc ipsi vocentur et audiantur rationes eorum. Quocirca sanctitati vestre humiliter supplicamus ut providere dignemini quod dictum opus in hac Civitate examinetur comittendo examinacionem ipsam Episcopo Barchinone iuxta supplicacionem que super hoc nostri parte vestre clemencie ofertur. Nam de hoc nobis specialem gratiam faciet benignitas vestra. Nam ex quo dictus Raymundus erat Cathalanus et subditus noster multum nobis placebit si eius scientia comprobetur et proinde V. S. gracias humiles referemus. Almam personam vestram conservare dignetur altissimus per tempora longiora. Dat. Barchinone sub nostro sigillo secreto septima die Ianuarii anno a nativitate domini Millesimo CCC° LXX° VII. Rex Petrus—Petrus de gostemps mandato domini Regis.—*Archivo de la Corona*, Registro 1233, fol. 100 vto.

## VII

1388.—Don Juan II escribe al Cardenal de Valencia su pariente y á los oficiales de esa ciudad anulando cuanto se hubiera ejecutado en virtud de unas letras que obrepticamente había sacado Agmerich de su Curia para proceder contra los libros de Lull y los lulistas

Johannes etc. Reverendo in christo patri domino Jacobo divina providencia Cardinali Valentino consanguineo nostro carissimo Salutem et prosperos ad vota successus Necnon Gubernatori Valentino et aliis officialibus nostris et eciam iuratis Civitatis Valencie et aliis omnibus cuiusvis status et condicionis existant ad quos presentes pervenerint et infrascripta poterint quomodolibet spectare Salutem et dileccionem. Etsi per religiosum fratrem Nicholaum eymerici inquisitorem heretice pravitatis fuerunt

dudum impetrata a curia nostra diverse littere seu provisiones facientes aut tendentes non solum ad persecucionem voluminum seu librorum illius magni filosofi et perspicui theologui Raymundi lulli qui a Regno nostro Maioricarum quod donum a domino non modicum reputamus traxit originem sed etiam ad persecucionem illorum qui ipsos libros tenent literas seu provisiones ipsas dicto inquisitori concessimus intencione obviandi heresibus et horreribus quos ipse inquisitor dixerat contineri in dictis libris seu voluminibus in quibus inventi fuerint ut dixit plusquam ducenti articuli condempnati nunc attamen cur in quodam publico instrumento vidimus contineri quod religiosus frater Bernardus ermengaudi in sacra Theologia profesor ordinis predicatorum tempore indifferencie domini genitoris nostri memorie recolende in provincia Aragonum inquisitor heretice pravitatis et alii viri religiosi in sacra theologia magistri non pauci numero tam predicatorum ordinis quam minorum affirmarunt pro conclusione tenuerunt instanciam ad hoc faciendis consanguineis et amici dicti Raymundi lulli quod quidam articuli ex illis quos dictus magister Nicholaus eymerici dixerat condempnatos tamquam erroneos et hereticales inventos in libris seu voluminibus supradictis non erant ita positi seu scripti in libris ipsis licet articuli supradicti ut iacebant in latinum condempnati extra libros ipsos essent legitime condempnati et affirmarunt quod articuli ut positi sunt in ipsis libris sunt boni veri et catholici prout ipsi semel et pluries viderant et conspexerant diligenter ut ista in dicto instrumento propriis manibus dictorum magistrorum et fratrum subsignato possint liquide intueri etiam valde nobis displicet dictas literas seu provisiones a nostra curia emanasse et molestius geremus si in aliquo vigore ipsarum contra libros ipsos seu tenentes et habentes eosdem processum foret seu aliquatenus enantatum cum indagatis et examinatis per dictos in Theologia magistros contentis in dicto instrumento est verisimiliter presumendum quod si fiat plena examinatio et indagatio de aliis articulis invenietur similis veritas eisdem quod fieri facere et examinari proponimus domino adiuvante. Volentes itaque ex causis premisis et cordi gerentes ut si qua usque facta fuerunt occasione dictarum nostrarum provisionum aut alias quovis modo contra libros iamdictos et possidentes eosdem ad primum statum reduci et deinceps per ali-

quem minime attemptari habitis pro revocatis et nullis nostris literis et provisionibus supradictis paternitatem vestram affectuosius quo possumus deprecamur ceteris precipiendo mandantes sub incursu nostre ire et indignacionis ac penam decem Mille morabatingrum auri nostro erario applicandorum quatenus ab omni processu inquietudine et quovis enantamento inceptis factis aut secutis adversus predictos vigore seu occasione nostrarum literarum aut provisionum aut alias desistere faciatis vosque nostri officiales et iurati predicti visa presenti ab omnibus desistatis reducendo et reduci faciendo ad statum primevum sicut nos quantum in nobis est reducimus cum presenti omnia et singula proinde incepta processa et enantata Tollentes vobis dictis nostris officialibus omnem potestatem contrarium faciendi Dat. Cesaruguste sub nostro sigillo secreto quinto die Iuni Anno a nativitate domini Millesimo CCC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> VIII. Rex Ioannes—Dominus Rex mandavit mihi Petro de benviure.--*Arch. de la Cor. de Aragón*, Registro 1870, fol. 4 vto.

FAUSTINO D. GAZULLA  
Mercedario

(Continuará).

## LAS CIEN PROPOSICIONES

atribuidas por Eymerich al Beato Lull

(CONTINUACIÓN)

XXXI

De la intención en el amor de Dios,  
y del amor desinteresado

(Abraxa cuatro artículos: 80, 81, 82 y 83.)

Proposición 80.<sup>a</sup> Dice Eymerich: «El hombre debe amar á Dios porque es bueno, no porque le conceda cosa alguna, ni porque le perdone su pecado, ni porque no le condene; el que quisiere orar con esta intención se sentirá tan elevado de entendimiento, memoria y voluntad, que no será posible que lo sea más». (Libro «De Contritione, Confessione, Satisfactione, et Oratione»).

Lull escribe: «Debe amarse á Dios porque es bueno, no porque nos conceda cosa alguna, no porque nos perdone los pecados, ni porque no nos condene; el que quisiere rogar de este modo, se sentirá tan alto en su entendimiento, memoria y voluntad, que no podrá serlo más; el que ruega á Dios más por su bien que por el

bien de Dios, obra mal; y el que desfallece en su oración, no puede elevarse en la contemplación; sin amor nada vale la oración, ni puede llegar á Dios, porque Dios no puede oír á quien prefiere su bien al servicio de Dios». (a)

Por este texto se ve cuán desfiguradamente presenta Eymerich la doctrina de Lull; pues no dice el Beato, de una manera absoluta, que el hombre no deba amar á Dios porque le conceda cosa alguna ó le perdone los pecados, como le atribuye el Inquisidor, sino solamente que, para que el hombre llegue á elevarse en la oración, debe amar á Dios puramente porque es bueno, y no por los bienes que le conceda, ni por interés alguno; y ciertamente, la oración por la cual el hombre tiene sus potencias suspensas en Dios, es, en sentir de todos, la más elevada, y no puede serlo mientras no se ofrezca á Dios un amor puro y desinteresado. (1)

En cuanto á la segunda parte del texto lulliano, en donde se reprende al hombre que ruega á Dios más por su bien que por el de Dios, nada contiene que sea digno de censura, puesto que es ciertísimo que obra mal el hombre que se ama más á sí mismo que á Dios, y así faltándole el recto amor por el cual se eleve su oración, claro es que, mirando este amor, Dios no puede perdonarle, ni tener como agradables sus ruegos, ya que á Dios ofende aquel que prefiere su bien al servicio y amor de Dios.

Proposición 81.<sup>a</sup> Eymerich: «Aquellos que aman á Dios para que les conceda la gloria del Cielo ó bienes temporales, y los que temen á Dios á fin de que no les castigue con el infierno ó con trabajos temporales, hacen de la primera intención la segunda, y de la segunda la primera, y su intención es perversa y contraria á la de Dios». (Del libro «Intentionum»).

Mas Lull escribe: «Aquellos hombres que aman más á Dios para que les conceda bienes y le temen para que no les castigue, convierten la primera intención en segunda, y la segunda en primera; por ésto su intención es invertida (inversa, y no perversa, como dice Eymerich), falsa y contraria á la intención por la cual Dios la creó». (2)

(a) Libro «De Oratione», que es la Parte 3.<sup>a</sup> del *Medicina peccati*, cap. 8.

(1) V. San Bernardo, Serm. 83 in Cant., núm. 5).

(2) *De prima et secunda Intentione*, cap. 2, núm. 6, y no «Intentionum».

Hemos de notar aquí que Eymerich, según su costumbre de añadir ó quitar para que resultara disonante el sentido, calló la palabra «más», y así resulta un sentido completamente contrario al de Lull; pues mientras el Beato Autor escribe: «Aquellos hombres que aman más á Dios, etc.....» Eymerich escribió: «Aquellos que aman á Dios para que les dé la gloria del Cielo, etc...»

Por donde se ve que Lull no reprende á los que amen á Dios para que les dé la gloria, ni á los que le temen para que no les castigue, sino á los que anteponen su bien al bien de Dios, por el cual es digno de que se le ame más que á todas las cosas, y á los que temen más su mal que la ofensa de Dios.

Para dar á comprender el sentido de su texto, había dicho Lull anteriormente (1) que á Dios se le debe amar porque de sí mismo es bueno, grande, poderoso y digno de todo honor y gloria; y como quiera que el amor es mejor que el temor, primeramente (de primera intención) se le debe amar, y después (de segunda intención) le debemos temer. (2)

Proposición 82.<sup>a</sup> Dice Eymerich: «Aunque Dios conceda al hombre bienes de este mundo, no porque le dé y multiplique los bienes el hombre debe amarle más». (Del libro «De Arte Amativa»).

Lull escribe: «Si el Amado da al Amigo algunos bienes de este mundo, no debe el Amigo amar más al Amado porque le dé y multiplique los bienes, ya que no amaría al Amado de primera intención, sino de segunda».

